



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

70. Literis politiorib. aditu[m] in Sinas Religio sibi muniuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

Michaël Trigaultius Belga , Nicolai fratre patente ortus , nec fuit aliter suspicacitas lyncea C̄nnonium fallenda , nisi Lusitanorum habitu , & cultu ; nam decem bellicas machinas & arma Macaenes id Regem Sinatum cum liberatoribus illarum dono miserant aduersus Tataros . Legationis huius caput Gonzalus Telleira Correa Macaensis , interpretem duxerat P. Ioannem Rodriguez qui deinde Pechino remisus est Macau ut auxiliarios Lusitanos trecentos Regis nomine imperaret , quibus quinque illos de nostris admiscerit . Celebat interea iis profectibus Christi fides , qui magno dolore nostrorum animos , & stylum accenderent , ad operarios flagitandos quibus non dicam stationes , & partes operæ , sed regna diuiderent propinquâ messe albentia . Nec enim licebat stationum nouarum studio , partarum curam prius omittere , quam professionis suæ sanctæ absolutam formam , Neophyti penitus induissent ; nec statua hæc Patrum uno vel tempore vel loco arctabantur , sed suam quisque descriptam habebat regionem viribus , oppidis , & pagis frequentem , quam sursum deorsum perpetuo , itineribus , monitis , prædicatione , doctrina peragrabat , erantque iij discursus continuata velut conciones quibus captus subinde populus integer Ecclesiæ accedebat . Quod nunquam profecto futurum fuisset nisi factorum documentis , sanctimoniam Christianam ex Neophytorum innocentia suspexissem , qualem , apud suos etiam Bonzios , animorum Magistros nec discebat , nec deprehendebant .

Cœterūm hanc nobis agendi libertatem , tyranni Scin factilegat rabiē creptam , nunc primum post annos tredecim integratam , debuimus Calendario abaco , cuius nobis emendationem soleuni mandato Rex imposuerat , ex quo tantum quotannis cernemus extitisse ad professiōnandam , & defendendam Christi fidem præsidium , ut nullum humānū singi valeret potentius . Et hinc Patres subibat , Riccius dulcis , & grata memoria , qui sancte futuri præfigus Mandarinis primus insinuauerat de Calendaria tabula , nostrorum studio reformanda : inde alterius , quisquis is fuerit , certè non grata recordatio cuius editione nostri verabantur correctionis ejus oblatum munus admittere , nedum illud sibi depositare ; quod Euangelij præcones negaret decesserit , scientiæ alterius speciem præterquam solius Euangelij præbere ; constabat autem amēniorib⁹ literis , apertam in Sinas Euangeli⁹ Chrītiani⁹ , eiūque Ministros aduersus leges peregrinitatis , Literatorum benevolentia defensos , quam sibi artium Europæarum prudenti ostentatione conciliauerant . Ex vna quidem suadendi Christi libera facultate , quam Calendarij præsens instauratio attrulerat Vagnonius , & Rhô in Prouincia Sciansi quingentos circiter hoc anno baptizarunt . Sequenti Vagnonius sexcentos , tum centum supra mille ; fuitque non dispat fœunditas stationum decem , quas in præcipuis octo Regni Prouinciis tenebamus . Præter hos prouentus Neophytorum tam prosperous , aliud extitit postremis his annis incomparabile ex ea quam dicitur reformatiōne

<sup>70.</sup>  
Literis poli-  
tiorib⁹ adiū-  
in Sinas Re-  
ligio sibi  
muniuit.

tione Astronomia Sinensis. Eodem nimis aditu Christi crux palatium subiit; sibique nonnullos aucto rauit ex primariis Eunuchis, quorum unus, quem post laudabimus, praestanti opera, patruus Sinatum Imperator baptismio luitatus est cum Imperatrice ipsius parente.

Dum vero ubique operi, nostri feliciter instarent, Adamus Scial in Singanfu, urbe Scensensis Provincia Principe, infraacta constantia laborem sudabat, nemini utilem; sibi patientiae iniunctae diutius vberem. Nulquam tot alibi accusations, iniuriae, vadimonia, probrosa passim epigraphes in legem Christianam, ea in ipsum foris conuicia exhibi-  
lantur, & contumeliae; domi molestiae & armizae, ut eius quidam  
socius, Nanchini carcerem expertus, mitiorem putaret, commora-  
tione illa Singanfuana. Sed hoc demum anno mutatione omnium re-  
pentina, eos legit tolerantiae suae fructus, qui nisi miraculo adscribi  
non possint; nam exinde omnes ita est naetus sibi beneuelos, cosque  
maxime qui se præ ceteris vexassent, ut templum edificaret sanè  
magnificum & ornatum, sed in eo prouersus mirabilius reliquis quod  
fere ex stipe ab ethnicis non tam corrogata, quam certatim collata  
construendum est; eorumque frequentia celebratum dum verba faceret  
de negotio salutis, cuius summa esset, obseruatio legis Christianæ. His  
circumfusum lætiis Adamum, & iam ethnicorum quinquaginta lustra-  
tis gaudentem primitiis, Regium diploma in aulam accepit, & in no-  
vi gregis continuanda cura, partes eius, unus è sociis accipit. Fuere,  
quidem eiusmodi vrbes, & oppida ingenti numero, quibus vera salu-  
tis, ministerio Patrum affulit prima lux, vel si ex aliquo æternitatis  
satu iam emicerat, latissime fusa est; verum huiusce faustitatis pal-  
marum tulit Provincia Fochiensis, cuius ex Metropoli Focco incredibile  
est P. Alenius, quot terras obierit, ignem Christi quam longe sparset-  
er, Christianorum cœtus quam multos coegerit; quot Ecclerias fun-  
datit, Ciuenecum sola, Metropoli prope par, nisi quod situ felior,  
opetarij cuiusvis in extinctum robur, & animos, magnitudine laboris  
fructuissimi potuit exhaustire. Quem forte Deus inditio voluit inelu-  
tabili animare, adorata illic veteribus seculis, Christi crucis; Dum  
enim antiquæ fabricæ sepulta rudera educunt fossores, in marmor in-  
cidunt crucis effigie visendum, crassitudine digitii extantis, & concin-  
nitate pulcherrima figurata. Surgebat in altum palmos duos & sesqui-  
tanquam scapus ex umbilico plantæ, illic notissimæ, quod fronde ac  
boribus craterem aspectu elegantem; accurrunt Sinæ ad spe-  
randum id signum; nam iis ubique venerabilis est quiuis antiquitatis  
odor; aueni multi de illo cognoscere; docentur illius intelligentiam,  
& arcani illius maiestate benefica molliti, Christianismum profiten-  
tur. Ad hæc argumento inexpugnabili, falsè ridebarus Bonziorum  
mendax garrulitas, qui Patrum commentum interpretari soliti legem  
Christianam, cernebant illam euidenter possessionis antiquæ iure sectis  
omnibus Sinarum esse potiorem. Verum enim vero nullum crux egit:

71.  
Repentini  
fruct laborū  
sterium.

72.  
Crux refos.  
Ciueneci, in  
provinc Fochienſi.

E E e 2.